



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117816**

§. 47. Ecclesiarum Consuetudines.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](#)

Sæculum V. istorum Historicorum, dum de Novati  
A.C. 440 nis scripsere, quibus favere videntur  
 fides suspecta esse meretur.

## §. XLVII.

*Ecclesiarum consuetudines.*

*Socr. V. c. 22. Sozom. VII. c. 19.* **C**aute etiam supradictis Scriptoribus fides adhibenda, dum varias Ecclesiæ consuetudines referunt. Dicunt, jejunium quadragesimale sex septimanas ante Pascha in Illyrico, in Græcia, Alexandriæ per totam Ægyptum, Africam, & Palæstinam durasse. Constantinopoli, & in omnibus vicinis Provinciis usque in Phoenicen a septima septimana ante Pascha jejunabatur; verum aliqui ex his sex vel septem septimanis tribus tantum per intervalla jejunabant, & quinque tantum hebdomadæ diebus. Aliqui tres septimas continuas, sicut Romæ, exceptis diebus Sabbati, & Dominica jejunabant. Hic Socrates halucinatus videtur, cum Romæ diebus Sabbati per totum annum fuerit jejunatum. Omnes hoc jejunii tempus Quadragesimam appellabant. Sed & in jejunandi modo magna diversitas reperiebatur. Aliqui omni animalium genere abstinebant. Aliqui piscibus vescebantur. Alii cum piscibus aves comedebant. Alii abstinebant ab arborum fructibus, & ovis. Aliqui solum panem, aliqui ne quidem panem edebant. Ali non

non diutius quam usque ad Nonam jeju- Sæculum V.  
nabant, & deinde nullo discrimine om- A.C. 440.  
nia manducabant.

In aliis locis aliud erat conventuum Ecclesiasticorum tempus, alia forma. Ubi- que Sancta Mysteria diebus Sabbati, æque ac Dominicis, si Romam, & Alexandriam excipiamus, celebrabantur. In quibus- pam Ægypti locis die Sabbati, sed vespe- re, Sacra Mysteria offerebantur, & contra consuetudinem omnium Ecclesiarum non jejunii communicabant. Alexandriæ Chri- stiani diebus Mercurii, & Veneris conve- niebant, tunc autem solum legebant, ex- plicationem Scripturarum audiebant, & orabant, sed Mysteria non celebrabantur. Lectores, & Cantores constituebantur Catechumeni, cum in omnibus aliis locis non nisi Fideles ordinarentur. Cæsareæ in Cappadocia, & in Insula Cypro, die- bus Sabbati, & Dominicis Vespere, ac- censis lucernis, id est, ad officium Ves- perarum, Presbyteri, & Episcopi semper Scripturas exponebant. Alexandriæ non Presbyteri, sed solus Episcopus prædica- bat, quod ab Arii tempore introductum fuerat. Episcopus, cum Evangelium le- geretur, non assurgebat, ut mos in aliis ubique Ecclesiis ferebat; solus Archidia- conus Evangelium prælegebat; in aliis locis Diaconi, in multis Ecclesiis Presby- teri, & Episcopus festis solemnibus, sicut

Con-

Sæculum V. Constantinopoli in die Paschatis, ill.  
A.C. 440. recitabat. Romæ nec Episcopus, ill.  
~~vid. Quesnel~~ quisquam alias in Ecclesia docebat. ~~Hu~~  
~~in S. Leon.~~ quidem Sozomenus dicit, quæ tamen  
*Diff. I. an.* latenus verosimilia sunt; imo prouin-  
440.

est credere, Sozomenum, Constantinopolis  
degentem, quid Romæ ageretur, nescio  
vissé. Antiochiæ Altare Occidentem  
non vero sicut in aliis Ecclesiis Orientem  
respiciebat. Romæ haud plures septen-  
Diaconis erant, alibi determinatus non  
erat numerus. In Scythia, quamvis plura  
darentur Civitates, unus tamen omnes  
regebat Episcopus; contra aliis populi  
mos erat, sicut etiam in Arabia, & in Cy-  
pro pagis exiguis Episcopos dare. Den-  
que Cæremoniarum, & Consuetudinum  
pro singulis locis infinita varietas fuit,  
qualibet Ecclesia veteres usus religiosissi-  
me observante.

### §. XLVIII.

#### *Persecutio in Africa.*

*Vistor. Vi-* **G**ensericus, capta Carthagine, Provin-  
*tens. I. c. 4.* cias Africæ in hunc modum divisi;   
Byzacenam, Abaritanam, Getuliam, &  
unam Numidiæ partem sibi servavit, in  
Zeugitanam, & Proconsularem milites  
immisit. Alias Provincias adhucdum Va-  
lentinianus tuebatur, sed ingens calami-  
tas incolas premebat. Praecepit Gense-  
ricus, ut Vandali Episcopos, rebus omni-  
bus